Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35459
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ait illis. Negociamini dum venio. Ciues
autem eius oderant illum: et miserunt le-
gationem post illum dicentes. Nolumus
hunc regnare super nos. Et factum est vt
rediret accepto regno: et iussit vocari
seruos suos quibus dederat pecuniam. vt
sciret quantum quisque negociatus esset.
Venit autem primus dicens. Domine. mina
tua: decem minas acquisiuit. Et ait illi.
Euge serue bone. quia in modico fidelis
fuisti: eris potestatem habens super decem ci-
tates. Et alter venit dicens. Domine. mina
tua: fecit quinque minas. Et huic ait. Et
tu esto super quinque ciuitates. Et alter
venit dicens. Domine: Ecce mina tua: quam
habui repositam in sudario. Timui enim
te quia homo austeris es. tollis quod non
posuisti: et metis quod non seminasti. Di-
cit ei. De ore tuo te iudico: serue nequam.